

Andreas Amsel Johann Crause


Disputatio Inauguralis luridica, De Collectis

Rostochii: Praelum Weplingianum, 1684

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749565810>

Druck Freier  Zugang





N. K. - 2 (72.)

- 1, Zeller de partu sponsae legitimo.
- 2, Muzius de iuribus liberi sinei Hakren beyr Jusprivilegii du Polygamie
- 3, Schwimmer de academiciis omnium facultatum professoribus, academia et studio.
- 4, Hahn de iure imperii Germanici S. Caesareae Majestati electoribus principibusque viris. singulari. —
- 5, Gaffel de statu dignitate et praecedentia pontificum Romanorum Imperatorum, regum, magnorum Ducum, Vicariorum, electorum, Archiepiscoporum, Cardinalium, patriarcharum, magistrorum Teutoniarum ordinis, episcoporum, Ducum, palatinorum, Landgravorum, marchionum, Burggraviorum, principum, praefectorum, Comitum, Baronum, nobilium, Doctorum, licentiariorum, magistrorum, militum, civitatum imperialium et Hanseaticarum.
- 6, Hahn de processu judiciario. in Germania 7.
- 7, aet. Emminghaus de praecipuis feminarum iuribus. Spec. 1 et 2.
- 8, Wentenochlegl de probanda temporis immemorialis praescriptione.
- 9, Von der Must der vomissen Thesli in auffführung der Ungular Ordnung.
- 10, Bucher de divisione statuum imperii R. G. in corpus evangelicorum et catholicorum et legibus fundata et unitati reipublicae nostrae non repugnante.
- 11, Schnaubert. de qualitate comitiali placiti regii in imperio Rom: Germ. ad votum consilii imp: aulici de 6^{to} Novbr. 1773.
- 12, Wittius. de populo meliore et uberiore rerum ad huminem pertinentium cognitione non fraudando.
- 13, Walch de successione descendendum feudali.
- 14, Schöpfer de iure civili iur naturae determinante circa personas.
- 15, Ludwig de prerogatione investiturae. In Jus Iudic.
- 16, Becker de natura ac indole correalis obligationis in genere tamquam in specie ea delictis, praecipue quoad expensas.
- 17, Struv de testamentis principum imperii.
- 18, P. Müller de onere dotandi filias illustres patrum apanagiatorum.
- 19, Manz el an vasallus et quoad aere alieno ^{ante} fidei iuris teneatur.
- 20, Manz el de creditore per leges et conventiones in eventus morosi tatis et concursus magis vel minus securo.
- 21, Manz el de causa debendi speciatim iuxta iur Hamburgense.
- 22, Von Gledningel der Provinz d. X. X. und dessen Abführung.
- 23, Schröder de classificatione usurarum in concursu ad art. 25. Part: 3
Tit: 1. Statut: Rostochi.

24. Rivinus de benigna doctorum interpretatione.
25. Ansel de collectis.
26. Ansel de administratione rei publicae.
27. Oertling de vicariis imperii vacante folio.
28. Renzius de nexu inter magistratum ac cives civitatum imperii fundamento et effectu.
29. Schöpfer de matrimonio per substitutum contracto.
30. Stein selectiores juris controversiae.
31. van der Keerfel jura quae pendente bello hosti in hostem competunt.

DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA,
DE

COLLECTIS,

QUAM
Divinâ aspirante gratiâ,

Ex
AUTORITATE
Magnifici JCozum Ordinis,

In
Illustri ad Varnum Academia,

PRÆSIDE,
VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,
CONSULTISSIMO atq. EXCELLENTISSIMO,

DN. ANDREA Amsehl/

D. Sereniss. Ducum Meclenb. Comit. provinc. Adsess.
graviss. Pandect. Profess. P. celeberrimo, & ad hunc
Actum DECANO Spectabili,

DN. FAUTORE ac PRÆCEPTORE SUO OBSERVANDO,
Pro summis in U. J. honoribus & privilegiis
consequendis

Ad d. XX. Mart. An. 1684. in AUDITORIO MAJORE
horis ante & pomeridianis,
Publicæ eruditorum disquisitioni
submittet

JOHANNES Crause/

ROSTOCHIENSIS.

ROSTOCHII, PRÆLO VEPLINGIANO, Univers. Typogr.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
CHRISTIANO
LUDOVICO,
DUCI Meclenburgico, PRINCIPI
Vandalorum, Sverini ac Racebur-
gi; Comiti Sverinensi, Terra-
rum Rostochii & Stargardiæ Dy-
nastæ, in Ordine Christianissimi
Regis Equiti, Academiae Rosto-
chiensis Cancellario Magnificen-
tissimo.

Principi ac Domino suo Clementissimo

Seren-

Serenissime ac Potentissime
P R I N C E P S,
D O M I N E
Clementissime,



Augustissimo Serenissimæ Celsitu-
dinis V^{re} Nomini, Serenissime PRIN-
CEPS, ut Inauguralem hanc, de *Collectis*
Dissertationem, dicem consecremq; : præ-
ter innumeras alias, quæ me sollicitant, cau-
sas, Divinum humanumq; Jus postulat; ut quod abs gra-
tiosissima V^{re} S^{ris} clementia in me derivatum, ejus primi-
tiz

ne ad V^{ra} S^{tem} recurrant. Quem enim latet illa Gratia,
illa de Studiis meis promovendis in me immerentem,
per tot annos gratiosissime collata beneficia. Quae sane
tanta sunt, ut ne satis depraedicare, multo minus dignam
gratiam rependere valeam. Ut tamen aliquod saltem
submississimum gratiae meae devinctissimaeq; mentis apud
S^{tem} V^{ra} extet monumentum; Theses haec Inaugura-
les, Sⁱ V^{ra} in tesseram pristinae & adhuc in me vigentis
subjectionis, cultusque devotissimi signum, submississima
animi devotione humillime offero. Suscipiat V^{ra} Se-
renitas clementissimo vultu, hoc quaecumque, pro Ducali
tot annorum mihi concessa gratia & munificentia, sub-
mississimae gratitudinis argumentum, & Ducali ista cle-
mentia, qua haecenus, ita porro gratiosissime me fovet.
DEUS T. O. M. S^{tem} V^{ra} in Sui Nominis gloriam, in
Ecclesiae commodum, & luculentissimum Provinciae ac
Subditorum emolumentum, diutissime in omni nunquam
interitura felicitate incolumem, Augustamque Domum
Meclenburgicam, in seram usque posteritatem florentem
vigentemque conserve, omniaque quae Sⁱ V^{ra} charissima
futura sunt, clementissime concedat.

D. ROSTOCHII, d. IX. Martij,
A. M. DC. LXXXIV.

Sereniss. Celsitud. Vestr.

Devotissimus ac Subiectissimus
SERVUS

JOHANNES GRAUSE.



I. N. D. N. J. C. A.

P R Æ F A T I O.



Um secundum magnifici Jcti Pauli re-
sponsum l. 25. ff. deliberat. legat. ea, quæ
potidiana, ob utilitatem plenius attingen-
la, quæq; notabiliter sunt, maximiq; mo-
nenti, diligentius ponderanda sint: In-
ter varias elegantissimas juxta & utilissi-
mas, pleno cornu extantes, de quæ primatu
quasi contendentes, quæ publicæ, quæ privatorum
illam, quæ de Collectis, inter reliquas omnes caput extollit,
quantum lenta solent inter viburna cupressi, Inaugurali
Disputatione, pro obtinendis summis in U. J. honoribus, in-
tra angustos Ampliss. Facultatis Statuto designatos pagina-
rum cancellos, proponendam existimavi: utpote quæ & per-
plexæ, adeoque arduæ, & hodie ita frequens, ut eadem
angustiora iudicium rostra (quo, jure quæque injuria, non de-
finito) undique personent: culpam deprecans, favoremque eni-
xè petens, si per profundum iturus, Syrtes Charybdimque
de vitans, in brevia impactus, obliquando in portum pe-
netrem.

A

THE

THESIS I.

Collectis itaque pauca, secundum tria juris objecta §. ult. *Instit. de Jure natural. gent. & civil.* expositurus, ab originatione vocis, cujus in quavis cognitione, si non potior, attamen prior ratio habenda l. 7. *in fin. de Supellect. legat. l. 1. de Reb. credit.* more recepto; auspabor. Est autem Collecta à colligendo dicta, quod Germanis

est sammeln/ zusambde bringen/ ut colligere stipem, eine Mitterzehrung zu sammeln/ pecuniam colligere, Geld sammeln oder auffnehmen. Item colligere vires ad aliquid agendum, apud Livi. Hinc collectio sive collectum, was man gesamlet/ und zusammen gebracht. Graecis οὐβόλον dicitur, was man auß vielen Deuteln zu sammeln schenkt. Tullio 2. *de Orat.* videtur esse pecunia, quæ à multis exigitur, ut in diversoriis & aliis in locis fieri solet, Joh. Matth. *tr. de Contrib. c. 1. n. 1. & seqq.*

II. Designatur eadem variis nominibus, & vocatur Contributio, l. 32. §. 6. *ff. de Administr. & peric. tur. & cur. Collatio l. 27. §. 3. de Usufr. 2. Feud. 56. Indictio, t. tit. C. de Indiction. lib. 10. t. 17. Tributum l. ult. §. 7. ff. de Censib. Andr. Knich. de Saxon. non provocandi jure capit. 5. in verbo Steuer Folge. C. J. Arg. tit. de Cens. th. 19. Germanice Steuer/ Schagung/ Hüßgeld/ Anlag/ Beeft.*

III. Etsi vero Collecta, Tributum, & Indictiones synonymice usurpantur, Dd. tamen differentiam inter illa statuunt. Tributum dicunt, quod rebus primario imponitur, & ordinariè singulis annis, in certa aliqua quantitate præstatur. Collectam contra, quod aliquando ex voluntate superioris, necessitate & casu exigente, principaliter personis, aliquando majus, aliquando minus imponitur. Bocer. *de Jur. Collectandi. c. 1. n. 18.* Andr. Gail. 2. *Obser. 52. n. 10.* Wesemb. 1. *Conf. 27. n. 24.* Georg. à Breitenbach. 5. *Conf. 15. n. 7.* Brunnem. *ad l. 4. C. de Incol. lib. 10. tit. 39.* Col. Arg. *d. th. 16.* Indictionem autem, tributum vel anno nam (quæ erat contributio fructuum) aut certam tributi speciem, quæ singulis quindecim annis in tria lustra divisim, solvebatur, & uti tributum, rebus tantum, non personis, indici solebat l. 3. *ibiq; Brunnem. C. de Ann. & trib. lib. 10. t. 16.*

IV. Sed

IV. Sed quoniam salus Græciæ in hisce vocabulis positæ non est, accuratiorem disquisitionem subtilioribus ingeniis relinquimus. Nobis ostendisse sufficit, quod voces illæ sub nomine generali & communi Collectæ veniant, & sæpius promiscuè à Jctis usurpentur, qui subtiles verborum differentias & inanes negligunt, non tamen sine sermonis elegantia & ornatu *l. 58. de Verb. Sgnif. l. 19. cum l. seq. de Act. emti. l. 2. § 3. de Præscript. verb.* Nimia enim verborum subtilitas crux est non minus, quam summum jus, summa injuria. Cum ad hoc verba sint inventa, ut menti & rebus proferendis inserviant, non ut mens & res ipsis subjiciantur & accommodentur *l. 2. in fin. ib. Dd. & gl. C. Commun. de legat. Goedd. ad. d. l. 58. n. 3. § 5. de Verb. Signif.*

V. Definitur Collecta à variis variè. Nobis, generaliter considerata, est contributio publica, pro Reip. commodo vel necessitate ab iis, qui potestatem habent, indicta. *C. J. Arg. tit. de Cen. lib. 1b. 19. Bocer. de Jur. Collectand. c. 1. n. 1.*

VI. Dividuntur Collectæ in ordinarias & extraordinarias *l. 5. C. de Annon. & trib. lib. 10. t. 16. l. 1. in fin. C. de Indict. lib. 10. t. 17. l. ult. C. de Muner. patrim. lib. 10. tit. 41.* Ordinariæ sunt, quæ ex lege, aut consuetudine, certam annuam, regularem, ac uniformem præstationem habent. *Gail. 2. Obs. 52. n. 9. & seq. Reink. de Reg. Secul. & eccles. lib. 1. cl. 5. c. 3. n. 103. & seq. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 14. n. 12. Mind. lib. 2. de Mand. c. 44. n. 2. Rosenth. de Feud. c. 5. §. 73. n. 6.* Quarum è numero olim Canon publicus fuit; hodie quicquid Magistratui à subditis annuatim perpetuo simili forma pensatur. Extraordinariæ sunt, quæ præstationem perpetuam & uniformem non habent, verum ut res & necessitas postulat, in repentinos casus, ex improvviso à magistratu indicuntur *l. un. C. de Vacat. public. mun. lib. 10. tit. 45. l. fin. C. de Excus. muner. lib. 10. tit. 47. Mindan. d. c. 44. n. 4. C. J. Arg. tit. de Censib. 1b. 24. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 14. n. 12.* Tales erant quondam Oblationes, Indictiones, Superindicta, quæ hodie in specie Collectæ appellantur, *Cacheran. Decis. 95. n. 3. Gail. 2. obser. 52. n. 10. Wesemb. Conf. 24. n. 25.*

VII. Collationes extraordinariae variis insigniuntur nominibus: Reichs-Steuer/Landsteuer/Ablösung/ Steuer Neun Anlagen/ Bewilligung / Türcken-Steuer/ Fräulein-Steuer/ Nachsteuer/ Forst- Geld / Soldaten Geld/ Mahl- Schwein/ Mast-Geld/ Last-Geld / Balken-Geld/ Wast-Baum-Geld/ Wein-Kauff/ das beste Haupt- Vieh/Pfluch-Geld/ Noht-Geld/ Triff-Geld/ Zehenden von Fleisch/ Wein / Korn/ Erbsen &c. Vieh-Schatz/ Scheffel- Schatz/ Huffer- Geld/Bau-Geld/Trandfsteuer/Schulgeld/Freygeld/Ungehd/Brücken- geld/Weggeld/Auffschlag. & sexcentis aliis: de quibus Casp. Klock *de Contrib. Concl. 3. § c. 1. n. 224. & multis seqq. Gail. lib. 2. obs. 35. n. 9.*

VIII. At enim notandum, contributiones extraordinarias aliquando degenerare in ordinarias, si de voluntate imponentium constet, ordinarias fieri voluisse, & naturam seu proprietates ordinariarum contributionum iis applicent: vel si lege vel consuetudine, statuto, aut praescriptione id inducatur Rosenth. *de Feud. c. 5. concl. 73. n. 6.* Klock. *de Contrib. c. 2. n. 99.* Fieri quippe potest, ut quae ab initio extraordinariam causam habuerunt, deinceps propter diuturnam praestationem, & continuas exactiones, inter ordinarias referantur, Gail. *2. obs. 53. n. 8.* Tileman, *de Benign. Decis. Cam. syn- tagm. 2. decis. 1. Vol. 5. n. 10.* Petr. Gregor. *Tholos. lib. 3. Syntagm. cap. 17. n. 2.* Sicut Indictio, olim extraordinarium munus, postquam ex lege I. C. *de Indict. lib. 10. l. 17.* uniformis & perpetua facta, ordinarii numero haberi iussa est. Matth. *tr. de Contrib. c. 1. n. 27.* Imò non desunt, qui putant, hodie omnem collationem, ordinariae collationis naturam sapere, & mere patrimonialibus seu realibus, etiam eam collectam aggregandam esse, quae praeter morem, pro utilitate & necessitate publica, per legem, sive Principem indicitur. Vid. Heig. *1. qv. est. 17. n. 31. & seqq.* Bocer. *de Jure collect. c. 6. n. 12.*

IX. Quo sensu Collectam Imperii, quam vocant Turcicam, Türckensteuer / Türcken-Hülffe/ etiam oneribus sive collationibus ordinariis annumerant, Modest. Pistor. *1. Conf. 4. n. 13.* Petr. Gilcken *n. l. 10. n. 19. vers. Unde. C. de S. S. Ecclesiis.* Bernhard. Grav. *Praet. concl. lib. 2. Concl. 53. n. 3. & seqq.* Ceterum cum non ita iungatur, ut cer-

ut certo flatoque tempore recurrat, sed usu ac necessitate demum magnopere urgente, à magistratu exigatur, Winz. *de Collect. obs.* 1. ac pro circumstantiarum varietate, variam præstationem, modo majorem, modo minorem admittat. Rosenth. *de Feud. c. 5. concl. 73. n. 6.* quæ vera extraordinariorum munerum nota, eam extraordinariis præstationibus potius annueramus. Ut ut enim collectarum Turcicarum superioribus annis creberrima, & quasi continuata fuerit indictio, manet tamen incertitudo, ac temporis modique variatio. Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 14. n. 15.* Mind. *lib. 2. de Mand. Jud. c. 44. n. 2. 3. & 6.* Limn. *de Jure publ. lib. 4. c. 7. n. 63.*

X. Observatis hodiernis moribus, dividuntur Collectæ in Universales, alio nomine Imperiales, vulgo *des H. Reichs Anlagent Reichs Steuer / Reichs Hülf / Türken Hülf*: & Speciales: quæ rursus sunt vel Circulares, *Kreis Steuer*: vel Provinciales, *Land Steuer*. Imperiales Collectæ sunt, quæ ab ipso Imperatore, auctoritate supremæ jurisdictionis, & proprio majestatis jure, ex placitis Imperii & Statuum voluntate atque consensu, necessitate postulante, & ob publicam utilitatem, ad pacem & tranquillitatem in Germania conservandam, Statibus sive Ordinibus, immediatis Imperii, juxta Matriculam, eâ tamen conditione, imponuntur, ut hanc collectam à subditis suis exigere possint, & porro in certa loca ab Imperatore designata (*in die Lage = Städte*) mittant. *R. J. de Ann. 1547. 1548. 1557. & 1566. Gail. 2. observ. 53. n. 1. Klock. de Contrib. c. 3. n. 134. & seqq.* Qvalis Indictio generalis collectæ Imperii, per Status à subditis, magis in modum executionis, quam jure quodam proprio, & vigore ipsorum Regalium exigat, adeoque hujusmodi Subcollectatio non esse de eorum Regalibus dicitur. *Ruland. de Commiss. part. 4. lib. 2. c. 6. n. 10. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 14. n. 31. Ruding. Obs. jur. Cam. cent. 4. Obs. 29.* Circulares Collectæ sunt, quæ Imperii Circulis imponuntur, ad utilitatem orbis Romani. Provinciales, quas Principes & Status Imperii pro utilitate Provinciæ & Territorii, vigore Regalium, ab Imperatore, vel præscriptionis jure obtentorum, subditis suis, jure proprio indicunt. *A. I. d. R. 1542. §.* Es sollen auch, *Casp. Klock de*

Contrib. cap. 2. n. 146. & seqq. Ruding. d. observ. 29. C. Arg. d. tit. de Censib. th. 21.

XI. Porro Collectæ sunt vel Capitis, vel Soli sive Possessionis, vel Mixtæ. Bocer. *de Jure collect. c. 7. Reinck. de Regim. Secul. & Eccles. lib. 1. Clas. 5. c. 4. n. 136. & seqq. Collecta capitis, quæ & Capitatio dicitur, l. un. C. de Capit. civium cens. exim. lib. 11. t. 48. l. 8. C. de S. S. Eccles. est, quæ viritim in singula personarum capita, nulla opum consideratione, principaliter constituitur. Collecta Soli seu Possessionis, quæ præcipuè & singulariter ipsis prædiis indicitur l. 6. §. ult. l. 18. §. 21. de Numerib. Mixta est, quæ personis quidem imponitur, sed ratione & contemplatione patrimonii, singulorum facultates pensitando, Mindan. *lib. 2. de Mand. jud. c. 44. n. fin. & cap. seq. n. 1. & 8.* Utrum vero rebus ipsis principaliter, an vero personis propter res, collecta sit imposita, difficile statuere putat Heig. *l. 2. 13. n. 35.**

XII. Inducuntur Collectæ vel Jure Superioritatis & vi præcepti, jure Regalium *c. un. 2. Feud. 56. l. un. C. de Superind. lib. 10. t. 18. l. 8. C. de excus. mun. lib. 10. t. 47.* quæ Regalibus Fisci annumerantur, & superioris domini, & sublimioris eminentiæ, *numera à Dd. appellantur c. 2. extr. de Censib. Ruich. de Sublim. territ. jure c. 3. n. 209.* Vel ex conventionem & communi decreto communitatis alicujus. Heig. *p. 1. quæst. 17. n. 45.* Inter eos qui Regalia habent, aliis illa potestas competit vel jure proprio, vel jure alieno, *Constitut. de pac. Constantia, versu volumus. verb. specialiter.* Jure proprio eam potestatem habet Imperator, (cui soli illud jus olim competeat *arg. l. unie C. de Indict. lib. 10. t. 17.*) aliq; Reges, Principes, & Libera Resp. superiorem non recognoscentes, in ditionibus quas feudi jure non tenent. *Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 14. n. 6. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 2. n. 25.* Juse enim collectandi positum est in summo imperii gradu, nec competit jure proprio, nisi qui summam superioritatem habet, *Mattias de Contrib. c. 2. n. 2.* quod tamen Imperator sine consensu Procerum Imperii non exercet. *R. J. d. A. 1576. §. Bleters sein auch wir. Capitul. Carol. v. ap. Sleid. lib. 1. de Statu Religion.*

XIII. Alieno beneficio hoc jure gaudent, veluti vi mandati eminenti.

eminentioris muneris, Rex Romanus, *argum. Ordin. Cam. p. 1. tit. 1. §. Membrich/ Linn. de Jure publ. lib. 2. c. 15. n. 34.* Vicarii perpetui Imperii, A. B. cap. 2. §. 8. Circuli. R. I. d. An. 1555. §. *Ferner als. Bocer. de Jure collect. c. 3. n. 6.* Ex Investitura de Principatu, Principes Imperii. Quâ Investiturâ jus superioritatis, quam nos die Landes Fürst. Obrigkeit vocamus, consecuti, Michael. *de Jurisd. concl. 44.* tantum possunt in Territoriis, quantum Imperator in universo Imperio. Knich. *de Sublim. territor. jur. c. 2. n. 194.* Ex Cooptatione in numerum Statuum, Civitates Imperiales, quæ inter Status receptæ, jura territorialia, die Landes Obrigkeit/ acceperunt. Gail. *2. Obs. 57. n. 7.* Vult. *de Feud. lib. 1. c. 5. n. 7.*

XIV. Ex Conventionione Collectas imponunt Civitates Municipales, quæ urgente necessitate inevitabili, convocatis civibus omnibus, ad voluntariam contributionem se obligare possunt, Cothm. *4. Conf. 3. n. 258.* Item Pagi, Collegia, & Viciniæ. Bocer. *de Jur. Coll. c. 5. n. 15.* Quia enim Regalibus non gaudent, jus quoque collectandi hoc jure ipsis competere non potest; etiam si merum mixtumque imperium habeant. Clar. *§. Feudum 2. 29. n. 1.* Schneidevv. *de Feud. part. 5. n. 119.* Sixtin. *de Regalib. lib. 2. c. 14. n. 17.* Köppen *2. 32. n. 4.* & 8. Rutg. Ruland. *de Commiss. lib. 2. c. 6. n. 1. & seq.* Nec quicquam commune habet Jurisdictio cum Regalibus. Bocer. *de jure collect. c. 1. n. fin.* At necessitatis casu, Municipales magistratus, etiam Superioris consensu non adhibito, ad voluntariam contributionem sese obligare possunt. Guid. Pap. *Decis. 631. n. 7.* Rosenthal. *de Feud. c. 5. concl. 75.* eo quod hujusmodi populi studia, ad sublevandam necessitatem publicam, eis non invidenda, quin potius cohortandus, per mittendumque, ut integra voluntas sit, quæ volentium celebratur expensis l. x. *C. de Spectac. lib. 11. tit. 40.* Secus, si non ex necessitate, sed utilitate tantum, ad hoc procederent. Bart. *in l. ult. n. 2. & 24. C. de Munerib. Panormit. in cap. Pervenit. n. 22. extr. d. Immunit. Eccles. vel ex consuetudine aliud observetur. Losæus. de Jure Univers. p. 3. c. 9. n. 3.*

XV. Sed & illis qui neque Regalia, neque Territorialem superioritatem, sed jurisdictionem tantum simplicem habent, à suæ
juris-

jurisdictionis subjectis, urgente necessitate, vi simplicis jurisdictionis civilis & ordinariae, in vim praeccepti collectas exigere licet *l. Munnus 18. de Verb. signif.* cum statim ubi jurisdictionis fuit in esse deducta, habuerit radices publicarum functionum, Aegid. Thomat. *tr. de Muneribus. pr. n. 6. vers. Hujus quae sita*, ut merum & mixtum imperium sufficit, Rosenthal. *de Feud. c. 5. concl. 74. n. 6.* Cothm. *4. Conf. 3. n. 256.* Klock. *de Contributionib. c. 3. n. 156. 162. §. 168. §. c. 5. n. 102. §. seq.*

XVI. Ex concessione quoque summi Principis, *Welemb. conf. 109. n. 64.* & praescriptione, *Wintzl. de Collect. obs. 6. Cothm. 4. Conf. 3. n. 257.* facultas collectandi acquiritur, & usurpatur.

XVII. Quia Collectarum solutio regulariter subjectionis signum est, *l. 4. §. 7. C. de Incol. lib. 10. tit. 39. l. 6. C. de Praescript. 30. vel 40. annor.* subditi duntaxat collectari possunt *l. 6. §. fin. l. 18. §. 21. de Munerib. §. honor. Gail. 2. Obs. 52. n. 13.* qui ex domicilio constituto aestimantur *d. l. 7. C. de Incol. l. 20. l. 27. ad Municip. Donel. 17. Com. 12. Gail. 2. Obs. 35. n. 2.* Qui duplex domicilium habet, duplici munere defungi debet, *l. 1. C. de Muner. lib. 10. t. 41.* Et quidem pro omnibus bonis, quae quovis in loco habentur, si id postuletur ab eo, qui uniformem jurisdictionem habet. Si vero ab alio inferiore collecta imponatur, ad res extra territorium collectantis sitas, non extenditur, *l. fin. de Jurisd. Myns. 5. Observ. 22. n. 8. Cothm. 1. Conf. 11. n. 36. §. seq.* Novi incolae, saltem ob necessitatem, quae post eorum adventum, non ante, emerit, collecta onerandi, secundum *Mantic. de Tacit. §. ambig. convent. t. 6. n. 63.*

XVIII. Imponitur autem Collecta illis qui possident, & fructus suos faciunt *l. 13. C. de Action. emtil. 2. C. de Annon. §. Trib. lib. 10. t. 16.* Adeoque ad Collectas tenentur Maritus, de rebus dotalibus *l. 13. de Impens. in rem dot. fact. Mulier, de paraphernalibus l. pen. C. de Munerib. patrim. lib. 10. tit. 41.* Usufructuarius *l. 27. §. 5. de Usufr. l. 28. de Usu. §. usufr. legat. l. 10. de R. J. cap. Qui sentit. eodem in 6. nisi Collectae fructus superent.* Hering. *de Fidejussor c. 30. n. 52. §. seq.* Emphyteuta *l. pen. §. 1. Qui satis d. cogant. etiam Ecclesiae, arg. l. 27. §. 3. de Usufr. l. 2. §. seq. C. de Annonis §. Trib. lib. 10. t. 16.* Legatarius, si collecta post

post mortem testatoris indicta. l. 39. §. 5. de legat. 1. Possidens ex secundo decreto l. 1. pr. de Fund. dotal. l. 15. §. 17. de Dam. inf. Donell. 15. comm. c. 46. ib. Hil. lit. L. Wesemb. par. de Damn. inf. n. 4. Fiscus, ratione bonorum confiscatorum. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 14. n. 69. Creditor antichreticus. Wesemb. Conf. 103. n. 23.

XIX. Immunes à collectis sunt I. Principes, & Domini terrarum, pro bonis, quæ in loco subjectæ communitatis, sibi collectam imponentis, possident, etiam catastatis. Nat. Conf. 555. Brun. Conf. 91. & Conf. 130. Surd. Conf. 134. n. 25. Matthias. de Contrib. c. 6. n. 132. Nec, cum ipsi collectas indicunt, de Domaniis suis easdem, ne in Turcicis quidem contributionibus, conferre tenentur. arg. l. 10. l. 15. de Excus. muner. l. 1. l. ult. C. de privileg. dom. Aug. lib. 11. t. 74. Sixt. de Regal. lib. 2. c. 14. n. 132. R. J. d. An. 1576. §. Und nach dem. & §. seqq. Ubi explicitè decisum, à subditis contributiones Turcicas exigendas, Tum quod etiam ipsa quantitas à subditis collectanda, disertè ibidem expressa in verbis. So soltes derowegen / einer jeden Obriqkeit frey stehen / ihre Untertthanen / keinen außgenommen / mit Steuer zu belegen / doch weiter nicht / denn so fern sich einer jeden Obriqkeit gebührende Anlage (scil. nach der Reichs-Ordnung) erstrecken wird. Tum quod nihil aliunde pro rata vel conferendum deducatur, vel reservetur. Tum quod reliqua verba, ad mentem legis trahenda Oldrad. Conf. 9 n. 3. Gemin. Conf. 122. pr. & n. 2. & sequentibus præcedentia explicanda. Alexand. 6. Conf. 144. pr. Nec contrariatur vox alleintantum, vel solum, in d. R. d. A. 1576. & 1558. §. Und nach dem. utpote cum una vox, nulla vox, arg. l. 9. §. 1. C. de Test. cujus promiscuus usus est, & significatio, ad alia onera, quæ Principes quotidie subeunt, porrigenda. Hoc sensu: omnes istas collectas, sine Cameralium bonorum interitu, qui certum Regnis exitium parat, Principes ex Domaniis tantum præstare non posse: sed in subsidium tantorum onerum, Principibus alias sustinendorum, à subditis exigendi jus habere. Das denē Hur-Fürsten / und Ständen des H. Reichs diese Macht sonderlich gegeben wird / die Reichs-Anlage von ihren Untertthanen einzusammeln

B

gen

gen/ und dieselben verhalten mit Steuer zubelegen. Quod uri contra
Juris communis dispositionem, frustratorium esse non oportet. l. 2.
l. f. C. de Privileg. dom. August. lib. 11. tit. 74. Mindan. de Mandat. Ju-
dic. lib. 2. cap. 44. n. 5. Martin. Frid. Seidel. Sereniss. Elector. Bran-
denb. Consil. in Assertionib. Inaugur. De Sacro Domaniorum Jure, Af-
fert. 8. n. 3. Et ita de observantia & consuetudine, apud Principes
& Status Imperii praticari, testatur Johan. Matthias d. c. 6. n. 130.
Quæ observantia declarat, ad quid teneantur subditi, post Bartol.
Menoch. Conf. 748. n. 19. & 21. Surd. Conf. 94. n. 37. Peregr. 2. Conf.
34. n. 6. ubi plures ex modernis congerit.

XX. II. Immunes à collectis sunt Forenses, l. 4. §. 2. de Censu
icer merè realibus oneribus subiaceant. l. 6. §. f. de Muner. & honor.
Gail. 2. Obs. 52. n. 11. Cum collecta regulariter sit onus extraordi-
narium, in personam directum, quamvis finis rem respiciat, quæ
cum rebus sit dignior, illa potius attendenda. Nisi publica uti-
litas hæc subsidia in ipsorum proprium exposeat commodum, Sixt.
de Regal. lib. 2. c. 14. n. 74. aut aliter consuetudine, privilegio, vel le-
gitima præscriptione introductum & receptum sit. Gail. d. Obs.
52. n. 17. III. Ab omnibus tam patrimonialibus Authentic. Item nulla
C. de Episcop. & Cler. quam personalibus, tam ordinariis, quam
extraordinariis muneribus eximuntur Ecclesiæ, earumque res, l. 5. C. d.
S. S. Eccles. c. 7. de Immunit. Eccles. Mev. 5. Decis. 222. IV. Hospitalia, Xeno-
dochia, Orphanotrophia, & similia pia loca, l. 33. §. 7. C. de Episc. &
Cleric. arg. c. 4. extr. de Relig. dom. Novell. 69. c. 4. §. 1. Mindanus
de Mand. judic. lib. 2. c. 45. n. 14. V. Clerici. l. 5. C. d. S. S. Eccles. d. Auth.
Item nulla. l. 33. §. 7. C. de Episc. & Cler. c. Non minus. c. Adversus. extr.
de Immunit. Eccles. Gail. d. Observ. 52. n. 14. Cothm. Resp. Acad. 27. n. 76.
præterquam si inevitabilis necessitas publica, promiscuam pensita-
tionem poscat. l. 11. C. de S. S. Eccles. l. 2. C. de quib. muner. vel prest.
nemo. lib. 10. tit. 48. R. J. d. An. 1500. §. Item isti auch angesehen. Quid
enim tam sacrum, tam sanctum est, quod non violet necessitas!
Fab. in C. lib. 9. tit. 29. des. 26.

XXI

XXI. VI. Professores Academicarum: utpotè qui Clericorum nomine, licet non habitu, veniunt, Lindem. *Hist. Juris th.* 75. eorumque privilegiis & immunitatibus, ut & vidua, liberi, & ministri ipsorum gaudent, à tributis & quibuscunque collectis sunt immunes & exempti. Similiter Doctores, etiam actu non legentes, & Licentiati, Magistri & Professores Scholarum trivialium, Studiosi, aliique literati. *arg. l. 43. de Testam. milit. Rubr. & l. 6. c. de Profess. & Med. lib. 10. t. 52. arg. d. Auth. Habita. C. Ne filius pro patre. Steph. de Jurisd. lib. 3. p. 2. c. 5. n. 44. Cothm. Resp. Acad. 14. n. 43. & seqq.* Virtutum enim præmia tribuimur tamen, tam in fensio in Academicos feruntur animo, ut privilegia & immunitatem non modo Academicis & Scholis invidiant, sed nihil non, posthabito jure & æquo, tentent, quo, si non tollere, infringere tamen & labefactare queant. Cujus farinae homines, ut Sacrilegos excommunicandos, & exilio deportationis subiciendos statuunt *Dd. in l. 5. C. de S. S. Eccles. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 3. par. 2. c. 10. n. 15.* & arbitrio judicis eos puniri scribit Menoch. *d. A. I. Q. cas. 379. n. 2. Ripa Resp. 1.* Quorum osoribus & persecutoribus nunquam propitium Numen, secundum Spiritus S. severissimi iniquitatum vindicis, infallibile estatum, Ego retribuam abundanter, qui abundanter faciunt Superbiam. *Psalm. 31. v. 13.*

XXII. VII. Principum Consilarii: *l. 3. ibi: ex senatu suo. C. de Silentariis. lib. 12. t. 16.* quia non modo diligentissimas circa Principes, eorumque negotia, excubias agunt, *l. 11. §. 2. de Minor.* sed etiam pars corporis ipsorum sunt, *l. 5. pr. C. ad L. Jul. Majestatis, l. 1. C. de Assess. Mindan. de Mandat. lib. 2. c. 45. n. 12. Ziegl. de Jurib. Majest. lib. 2. c. 2. n. 34.*

XXIII. VIII. Pauperes: *l. 4. §. 2. de Munerib. & honorib.* quamdiu tales sunt, *l. 4. §. 1. d. t. l. 10. §. 3. de Vacat. & excus. C. Si pauper de præbend. in 6.* Collectæ enim ratione patrimonii indicuntur, & sunt onus fructuum, quamobrem, ubi patrimonium fructusque nulli, ibi nec collectis locus relinqui potest; cum non entis nullæ sint

Qualitates, l. 12. *Quand. dies legat. vel fide. ced. & inanis ac prorsus inu-*
tilis actio, quæ ob adversarii inopiam effectum sortiri non potest. l. 6.
de Dol. mal. Unde tritum proverbium: *Wo nichts ist, da hat auch der*
Reiser sein Recht verlohren. Quando vero, Universitati, certæ colle-
ctæ quantitas, jam indicta, ea nihilominus Integra præstanda est à
ceteris, & pro pauperibus, alii in facultatibus positi, tenentur. l. 4.
C. de Cens. lib. 11. t. 57. Hinc nova solet fieri æstimatio. gl. *ad. d. l. 4.*
Bocer. de Jur. collect. cap. 11. §. 3. Sin autem singulis de Universita-
re personis collecta indicatur, tunc unus pro altero non tene-
tur, sed suam quisque portionem, pro modo patrimonii si-
ve fructum pendit, pauperum Jure salvo. Klock, *de Contributi-*
onibus c. 13. n. 72.

XXIV. IX. Duodocim liberorum parentes; l. 24. *C. de Decu-*
ri. lib. 10. tit. 31. licet illi decesserint: etiam patre mortuo, si ipsi co-
habitent. Klock. *de Contrib. c. 13. n. 90. & 96.*

XXV. X. Vasalli, ratione bonorum Feudalium, pro qui-
bus servicia personalia præstant, davon sie ihre Mann Dienste leisten/
Natta *Cons. 460. n. 16. Heig. 1. Q. 18. n. 18. Cothm. 1. Cons. 11. n. 32.*
Etsi sub jurisdictione Domini domicilium foveant: l. 34. §. 5. *de Le-*
gat. 2. cum nemo duplici onere gravandus, l. 4. *circa fin. ad L. Rhod.*
de jact. summæ & urgentis necessitatis casu. excepto R. J. de
A. 1542. Und nach dem diese. Heig. *d. q. n. 23.* Et si qui præterea
alii immunitatis privilegio muniti sunt.

XXVI. Immunitas à collectis Privilegio, Mynf. *4. obs. 70. n. 9.*
9. Consuetudine, l. 1. *de Excoctio. & translat. milit. annon. lib. 12. t. 39.*
vel Præscriptione, l. fin. *C. de Fundis patrim. lib. 11. tit. 61. l. 1. C.*
de Eroga. mil. annon. lib. 12. tit. 38. c. De quarta. extra. de præscript.
acquisita, cessat si summa & inevitabilis necessitas, quæ sustineri non
potest, nisi perveniatur ad exemptos, aliud suadeat, l. C. *de Quib. mu-*
ner. vel prestationib. nem. lic. se. excus. lib. 10. t. 48. Quo casu nemo ex-
cusat ur. l. 10. *& seq. de Vacat. mun. R. J. d. A. 1542. §. Und nemlich. & de*
A. 1551. §. Solche der Ständen. Ziegl. de Jur. Maj. lib. 2. c. 2. n. 56. Rol.
à Valle

à Valle. 3. Conf. 80. n. 23. Natta Conf. 275. n. 4. Marta de Jurisdic.
part. 4. centur 1. cas. 9. n. 24. Mynf. 4. Observat 70. n. 6. Sed æquum
est, ut à summis sarcina ad infimos usqve decurrat l. 1. C. de
Quibus munerib. vel præstation. nemini lic. se. excus. lib. 10. t. 48. Et
necessitatibus subveniendum, cum jactura universorum, non-
qvorundam tantum. Nec Ecclesia l. 5. C. de S. S. Eccles. nec Pon-
tiffex l. 18. §. 24. de Munerib. & Honor. nec Clerici cap. 4. & 7. extra de
Immunit. Eccles. nec Princeps, l. C. Ut nem. lic. in empt. specier. lib. 10. t. 7.
Carpz. lib. 4. res. 71. Nec Nobiles, nec ulli alii, qvantiscun-
qve privilegiis muniti, exempti sunt. R. J. d. A. 1542. § Und nem-
lich. R. J. d. A. 1551. § Solche Stände. & R. J. d. 1566. § Die weil nun
dies. Et qvia hoc extremæ necessitatis casu, omnibus conventioni-
bus, privilegiis, & exemptionibus, qvæ immunitatem ab indictis col-
lectis tribuunt, derogetur: illo qvoqve casu, ob Turcicam expeditio-
nem, à publicis contributionibus nemo excipitur: sed tam Cle-
rici, quam Laici iisdem aggravantur. R. J. d. A. 1576. § Und nachdem.
1500. 1542. § Und nemlich sollen. & Es sollen auch. 1544. § Und nemlich sol-
len. 1594. § Demnach sollen. 1603. § Nachdem. & seqq. Necessitas enim,
ut ait Quintilianus, multum contra justitiam valet, legisqve dispo-
sitioni derogat; Unde illud vulgatum, necessitas non habet le-
gem, l. 5. §. II. cum seq. de Oper. nov. nunciat. l. pen. §. ult. de Excus.
tutor. Multaqve ex necessitate fiunt licita, qvæ de jure prohi-
bita. l. 11. §. 2. de Muner. & honor. l. 6. §. 9. de Offic. Pras. propter
quam frangitur etiam divina reverentia l. 3. C. de Feris. l. 172. de
R. J. Joh. Marthias de Contrib. c. 6. n. 76. & seqq.

XXVII. Amittitur immunitas, cessante ejus causa finali. arg.
l. 162. ubi Dec. n. 3. de R. J. Renunciatione. l. pen. C. de Pactis. Revoca-
tione. cap. 3. de Immunit. Eccles. in 6. Non utendo, siquidem occasio
fuerit. Gail: 2. Obs. 60. n. 1. Tempore privilegiî finito l. 13. §. 4. de Ex-
cus. tut. Civitate ob culpam diruta. Gail. 2. obs. 61. n. 1. & seqq.

XXVIII. Solvendæ sunt collectæ à munibus, pro bonis &
rebus omnibus, Guid. Pap. decis. 78. n. 10. corporalibus & incorpo-

ralibus, uti, pro censibus & juré annui reditus, R. J. de A. 1542. S.
Doch sollen. S. d. A. 1544. §. Und damit von solchen. mobilibus. l. 4. §. 5. de
Cens. l. 7. C. de Donat. l. 2. C. de Immunitatem, conced. lib. 10. tit. 25. Sixtin. de
Regal. lib. 2. c. 14. n. 138. se moventibus l. 32. §. f. de Usurf. legat. & im-
mobilibus l. 13. de Impens. in res dot. fact. l. 7. §. 2. l. 27. §. 3. de U-
suf. etiam extra territorium sitis. Gail. 2. Observ. 53. n. 8.
Myns. §. Observ. 22. Faber. in C. lib. 9. t. 29. Desir. 2. vid. Bo-
cer. de Jure collect. c. 6. n. §. Exceptis sterilibus l. 12. C. de Oper. publ.
cum collectæ fructus respiciant, quorum sunt onera, quibus ces-
santibus, & ipsas cessare conveniens: turpibus, quæ Vespasiani ex
urina, Sueton. in Vespas. & Caligulæ, è lupanaribus, tributum, Dus-
ren-Tribut, Sueton. in Caligul. c. 40. Bodin. de Rep. lib. 6. c. 2. Wa-
remund. ab Erenberg de Subsid. regn. c. 7. n. 37. & levissimis, ut pro
umbra, aere, nive, aliisque vilissimis rebus exactum, Cuius. 10. obs.
7. utpote quod Magistratui probro, contentui & odio.

XXIX. Cum imponendarum collectarum difficillima, &
periculosa admodum ratio sit, singularem imponentium pruden-
tiam requirens, imprimis æquitas l. 4. ib. Dd. C. de Exactorib.
trib. lib. 10. t. 19. Wesemb. conf. 103. n. 13. deque hoc argumento Po-
litorum monita attendenda. Schonborn. 4. Pol. cap. 22. eaque
publica utilitate & necessitate metienda. Ruland. de Commiss.
part. 4. c. 6. n. 17. §. 76. Schneidev. de Feud. c. 5. n. 119. Luc. de Pen-
na in l. f. n. 59. C. de Quibus muer. vel præstat. nem. se lic. excus. lib. 10.
t. 48. consuetudine & antiqva forma, siquidem expedit, ubi-
que observanda, Klock. de Contrib. c. 5. n. 115. §. c. 12. n. 220. §. 231.
deputatis Censitoribus, qui cujuscunque patrimonii viribus ex-
ploratis, Catastrum censuale conficiant, juxta quod fiat exactio
Thom. de Collectis §. Exactis n. 37. cum humanitate & sine injuria
l. 6. pr. de offic. Præs. l. 2. §. 4. C. de Offic. Præs. Afric. arg. l. fin. C. de
donat. inter vir. & ux. arg. l. 12. C. de Possim revers. Novell. 8. c. 8.
c. 6. verb. prohibemus. de Censib. Ad quam facilius expediendam
exactores constituntur, qui secundum catastro formam tributa
exigant.

exigant. l. 11. C. de Annon. Trib. lib. 10. tit. 16. l. 6. C. de Exact. trib. lib. 10. tit. 19.


XXX. Modus exigendi collectas duplex est: Actio, & Executio. Actiones nomine collectarum competunt, tam personales, Myns. 3. Observ. 34. in fin. quam reales, ut hypothecaria l. 10. de Manumiss. l. 46. §. 3. de Jure fisci. & utilis confessoria. Ruland. de Commiss. part. 3. lib. 3. c. 8. n. 12. & seqq. Interdicta. Ruland. d. c. 8. n. 9. & 13.


XXXI. Si dilationem non patiat exactio, contra morosos & refractarios executivè proceditur. l. C. Quorum appellat. non recipiuntur. l. 1. C. de Feris. l. 1. C. de cap. & distrab. pign. lib. 10. tit. 22. l. 7. C. de Exact. trib. lib. 10. tit. 19. Novell. 17. c. 8. Gail. 1. Obser. 20. n. 6. Pignoratione, Gail. 2. Obs. 52. n. 19. Subhaftatione, l. fin. C. Sine cens. vel reliq. l. 5. §. fin. de Cens. tot. tit. C. de Distract. pign. Multa, Gail. d. l. Captura. l. 2. C. de Exact. trib. lib. 10. tit. 19. Manu militari, Klock. de Contrib. concl. 66. lit. A. & aliis modis, Siehard. in l. 1. n. 8. C. Si propt. publ. pens.


XXXII. Probatur jus collectandi (1) Per specialem Imperatoris concessionem, Wesemb. 1. Conf. 37. n. 20. (2) Per Confessionem, Menoch. 3. Praes. 91. n. 54. (3) Per Consuetudinem & observantiam (das Herkommen/was nemlich jeder für actus exerciret) Gail. 1. Obs. 18. & Obs. 57. n. 94. (4) Per privilegia. cap. Cum contingat extr. de Rescrip. Gail. dd. ll. (5) Per testes. l. 15. C. de Fid. instrum. (6) Per actus possessorios, jure Superioritatis & Regalium exercitos: puta exactioibus, pignorationibus, præceptis, mulctis, executionibus &c. patientia & scientia adversarii confirmatos, Menoch. de Rem. retin. n. 576. (7) Per præscriptionem l. 1. §. f. de Aq. quov. & est. C. 1. in f. de præsc. in 6. (8) Per præsumptionem juris, ratione superioritatis, Regalium & jurisdictionis, unde jus collectandi dependet, C. 2. de Restit. spoliat. in 6. c. 6. de Offic. ordin. in 6. c. Omnes Basilica. 16. q. 7. (9) Ex præstatione Homagii, Erb. und Laudes. Huldigung/Montan. de Feud. lib. 6. c. 18. (10) Ex jure protectionis ordinario Territorii & universalis superioritatis

gratis Marte competente. Nam advocatus tutelaris sive Protector, jus collectandi non habet: nec expedit Protectori permittere secreta Domus perscrutari, & rei familiaris vilitatem detegi, vel divitias advocati clientelaris invidiæ subicere. Mynf. & Schneidevy, *ad §. 5. vers. cum enim requisito. Inst. de Obl. quæ ex del. nas. Mind. lib. 2. de Mandat. Judic. c. 14. per. tot.* Ex quo jure, ordinario Magistratui magnum sæpe præjudicium creatur, *Mind. d. c. 14. n. 4, & 10.* & Subditi contra Dominum Salvaguardiam, *Schus Briefe* impetrantes, vix à crimine rebellionis, excusantur. *Klock. 1. Consil. 29. n. 905.* (11) Ex Catastris & Æstimis sive libris censualibus tributorum & indictionum *Steur. Schatz. oder Anschlag. Register.* (12) Testimoniis Historicorum authenticorum, præsertim verutorum. *Roland. Cavagnolius 2. Decis. 53. n. 5. & 6.* De quo judex æstimabit. *arg. l. 3. pr. S. Ideoq. Divus. de Testib.* (13) Fama. *Illud. ext. de Probat.* (14) Evidentia facti. *Gutier. pract. quest. lib. 4. n. 100. & seq.* (15) Per vehementem hominum opinionem. *arg. l. 18. §. 3. in f. de Instrum. legat. l. 1. §. 1. de Flum. l. 1. in f. C. Si servus aut libert. Covar. 1. Resol. c. 16. n. 10.* (16) Per instrumentum sententiæ. *Nicol. Everh. Jun. 1. Conf. 41. n. 144.* (17) Ex pacto & conventionem cum subditis *l. fin. §. 25. de Mun. & honor. r. t. C. de Annon. & trib. lib. 10. tit. 16.* De quibus singulis fusius *Casp. Klockius de Contrib. c. ult.*

S. D. G.









PER SUBSTITUTUM CONTRACTI.

de præfenti desponsatam haberi pro uxore, quia quæ
proximo futurum est pro facta habetur. *L. per
milit. Testam. & quod pro cincto habeatur, qui præ
cingendus est. Baldus ad d. L. pen. Multo magis
quæ actu jam copulata, habetur pro Uxore; Et h
thesin perspicuis verbis confirmat L. 15. ff. de con
Demonst. in qua asseritur: quod sponsa statim atque
Uxor sit, quamvis nondum in cubiculum Mariti venerit
Cinna scribit in L. 6. ff. de R. N. quod Uxor Maritum o
lugere debeat, si absens eam duxerit, & antequam ad ea
verit, perierit. Uxor igitur est, & privilegia U
obtinere, quæ per Mariti consensum, interveniente
dotali benedictione, Marito junctæ, quamvis copula
lis nondum accesserit, hæc enim ne quidem de
Saxonico desideratur, ut ut ibi consensio thalami
faria vid. Carpz. P. 3. C. 19. d. 4. Et quamvis Cothma
2. Conj. 78. n. 98. Schneidw. §. 29. J. de act. n. 109. ve
junctione carnali consummatum. & ad Tit. J. de nupt. p.
realem concubitum necessarium putent, ac si ex co
xtione corporum commixtæ demum opes nasca
Harum tamen sententiæ adsentiri nefas puto, si
enim pudicitia ratio, ne curiosè inquiramus, quid
solum & solam actum fuerit, præsumuntur enim o
solenniter acta fuisse. Plura interim cupidus Lect
veniet apud Möller. ad Const. Elect. P. 3. c. 19. n. 9. isem C
ad d. Const. Pensol. ad Coler. Decis. 286. n. 233.*

Et sicuti re vera Uxor dicenda est, ita etiam si
post benedictionem Sacerdotalem & privilegio & h
Mariti gaudet. Mey. ad Jus Lub. P. 2. T. 2. Art. 12. n. 264. C

D 3

